

1866. Die Cuticula der Scapania-Arten. Hedwigia p. 17—23.
1866. Carrington, Irish Cryptogams. Hedwigia p. 8—14.
1867. De Mexikanske Levermossor in Kgl. Danske Vid. Selsk. Skrifter. 5^{te} Raekke Vol. VI. p. 97—380.
1867. Eine neue Jungermannia in Verh. der k. k. zool.-bot. Ges. Vol. XVII. p. 623—626.
1880. Musci hepatici Australiani enumerati in F. v. Müller: Fragmenta Phytogr. Australiae. Vol. XI. p. 53—69.
1880. Neuere Untersuchungen über die Jungerm. geocalyceae. Abhandl. des Naturw. Vereins in Hamburg. Vol. VII.
1882. Reliquiae Rutenbergianae in Abhandl. des Naturw. Vereins in Bremen Hepaticae Vol. VII. p. 338—365.
1886. Ueber die in Bernstein eingeschlossenen Lebermoose. Berichte der Ges. f. Botanik zu Hamburg. Vol. I. p. 1—5.
1886. Ueber Bildungsabweichungen bei der Entwicklung des Sporogons der Lejeunien. Berichte der Ges. für Botan. zu Hamburg. Vol. I. p. 15.
1886. Ueber Lebermoose von Ceylon. Ber. d. Ges. f. Botan. zu Hamburg. Vol. II. p. 33—34.
1886. Ueber Lebermoose der Gazelle-Expedition. Ber. d. Ges. für Bot. Hbg. Vol. II. p. 34.
1890. Die Lebermoose Südgeorgiens in „Die deutsche Polar-Expedition“. Vol. II. p. 449—454.
- 1850—1875. 32 Tafeln Lebermoose zur Flora danica.
1889. Zeichnungen zu Schiffner: Hep. der Gazelle-Exped.

Lichenes Exotici,

auctore Dr. J. Müller.

1. *Usnea barbata* v. *strigosa* Krphl. f. *complanata*; vix pollicaris at macrocarpa; rami primarii pro parte normales, pro parte complanati ut in *Sphaerophoro australi*, 2—4 mm lati et tum altero latere nudi, altero ut in plantis normalibus var. *strigosae* dense fibrilloso-strigosi; apothecia in dorso strigoso-fibrillosa. — Est monstrositas insignis. — Truncicola in monte Bachit Abyssiniae alt. 7500 ped.: (Schimp. n. 14) ubi etiam *Gyrophora aprina* Müll. Arg., sc. *Umbilicaria aprina* Nyl. Syn. II. p. 12 (Schimp. n. 5, 6).

2. *Parmelia Schimperii* Müll. Arg.; thallus lurido-v. fusciscenti-pallidus, firmus, haud adplanatus, ambitu laci-

niato-lobatus, lobi sinuato-crenati, supra laeves, sub lente more *P. perforatae* crebre tessellato-lineolati, subtus secus marginem pallidiores v. fusco-pallidi et latiuscule glabri, caeterum subtus rhizinosi et late hirsuti, in imo margine sparsim nigro-ciliati; apothecia 6–10 mm lata, juniora sessili-cupularia, profunde concava, margine subincurvo et integro et dorso laevi cincta, demum explanata et dorso scrobiculato rugosa; discus fusco-rubiginosus, nudus; epithecium fulvo-fuscescens, lamina caeterum hyalina; sporae in ascis oblongo-obovoideis apice latis et valde pachydermeis octonae, 20–24 μ longae, 10–13 μ latae, modice pachydermaeae. — Similis est *P. perforatae*, sed crassior, paullo fuscescens et sporae dein multo majores. — Corticola prope Debra in Abyssinia: Schimp. n. 13; ibidem prope Geraz: Schp. n. 1396 cum *P. Borreri* Turn. mixta, et in monte Kubbi prope Adoa locis umbrosis: Schimper sine n^o.

3. *Physcia flava* Müll. Arg.; thallus intense ochroleuco-flavus, intus albus, fere usque ad ultimum marginem adnatus, radiato-divisus; lacinulae angustae, convexae, ad extremitates laxius adnatas planiusculae et nonnihil dealbescentes, subtus albae, supra sparse soredigerae; soredia orbicularia, isidioso granularia. — Apothecia ignota. — Evidenter proxima est *Physciae Ascensionis*, cui referenda est *Dimelaena Ascensionis* Müll. Arg., sed thallus flavus est. Hypothecium verisimiliter fuscum est ut in comparata specie et plantae ambae juxta *Physciam pictam* Nyl. inserendae sunt. — Thallus quidem in ambabus arcte adnatus est ut in *Placodiis* (ubi autem soredia talia non occurrunt), sed extremitates in melius evolutis non adnatae sunt et dein species non ad *Dimelaenam* referendae sunt. *Pyxine* demum species arcte affines haud offert et *Placodium scoriophilum* Mass. aliter coloratum est. — Ad lavam in ins. Ascensionis: H. J. Gordon: n. 90, 144 (in hb. Kew.).

4. *Pannaria macrocarpa* Müll. Arg.; thallus lurido-pallescent, squamis majusculis imbricatis laxis et crenato-lobulatis formatus; squamae laeves et nudaе, non sorediosae, margine paullo undulatae, subtus ochraceo-pallidae et fere omnino nudaе; apothecia 3–4 mm lata, valide thallino-marginata; margo undulatus et crenulatus; discus rufo rubescens; asci 2-seriatim 8-spori; sporae 17–22 μ longae, 9–13 μ latae, ambitu variae et ruguloso-subasperae. — Juxta *P. fulvescentem* Nyl. locanda est. Thallus minor quam in *P. lurida* et *P. sublurida* Nyl., non luridus, nec supra plicatulus, et obscurior quam in *P. fulvescente* Nyl., et margine (haud soredioso) profundius et copiose lobulatus. — Species

a congeneribus optime distincta. — In ins. Mauritii cum *Psoromate sphinctrino* Nyl. quodammodo simili lecta, corticola: Ayres (hb. Kew.).

5. *Parmeliella blepharophora* Müll. Arg.; *Collema blepharophorum* Bélang. Voy. Ind. or. p. 130. t. XIII. fig. 3; *Lecidea microspora* Hepp. in Zoll. Syst. Verz. p. 5. fig. VIII. 2; *Biatora Belangeri* Montg. et v. d. Bosch in Mtg. Syll. p. 337, et Lich. Javan. p. 35; *Lecidea blepharophora* Nyl. Enum. p. 120. Hæc insignis sed minutula species est legitima *Parmeliella*, gonidia glauco coerulescentia in series moniliformes curvatas saepeque incurvas adpressojuncta et facile separanda sunt. In opere *Belangeri* eleganter quidem sed male delineata et pessime colorata, attamen sat bene descripta est. Prope *Parm. rubiginascentem* locum habeat. — Ad rhizomata minora putrescentia Filicum in insula Java: Zolling. n. 3233.

6. *Coccocarpia subtilis* Müll. Arg.; hypothallus valde prædominans, aterrimus v. virenti-ater, turfuraceo-pannosus, margine filamentoso-radians; laciniae in hypothallo discretæ, adpressæ, irregulariter bipinnatifidæ; lacinulae $10\frac{1}{100}$ — $17\frac{1}{100}$ mm tantum latae, lineares, haud pectinato-ciliatae, aeruginoso-virides, subtus atro-pannosae, nunc in hypothallo rudimentarie perexiguæ; apothecia ignota. — Affinis est *C. eleganti* et *C. tenuissimæ* Müll. Arg., sed lacinulae haud lacinuloso-ciliatae. — Corticola prope Barra ad Rio Negro: Spruce n. 144 (in hb. Kew.).

7. *Psoroma calophyllum* Müll. Arg.; thalli laciniae 2—3½ cm longae, laciniato-divisae v. subpinnatifidæ, ad margines inciso-lobulatae, concavo-planæ, non adpressæ, sublaeves, supra fulvescenti-pallidæ et glabrae, subtus leviter convexæ, albidae, undique albo-tomentosae et cephalodiis hemisphaericis majusculis concoloribus praeditae; gonidia globosa; apothecia sparsa et saepius submarginalia, laxe sessilia, 1—1½ mm lata; margo thallinus prominens extus integer, non radiatim plicatulus, intus undulato-crenatus; discus fusco-rubens, nudus; sporae in ascis angustis 8-nae, vulgo omnes uniseriales, globosae (v. una alterave globoso-ellipsoidea), diametro circ. 12 μ aequantes. — Est species insignis, supra perfecte neo-zelandicum *Ps. euphyllum* Nyl. simulans, sed sporae globosae, et facies infera dense et valide vellereo-albo-tomentosa. — Crescit in Chili cum *Parmeliella Gayana* Müll. Arg.: E. C. Reed, n. 28 pr. p. in hb. Kew. parce.

8. *Psoroma cristulatum* Müll. Arg.; thallus in hypothallo nigro-cingente adpressus, tabacino-fuscus, tenuis,

orbillis parvis subconfluentibus compositus; orbillae radiatim cristulis elevatis crispulis pallidioribus percursus, sc. laciniae compaginato-confluentes concavae marginibus adscendentibus crispulis indicatae, superficie laeves et omni indumento carentes; gonidia globosa; apothecia circ. $\frac{3}{4}$ mm lata, adpresso-sessilia, lecanorina; margo tenuiter crenulatus; discus rufo-fuscus, planus; asci 8-spori; sporae ellipsoideae, 14—17 μ longae, 6—8 μ latae, subbiserialae. — Juxta *Ps. soccatum* Nyl. inserendum est. — Ramulicola in Chili: Cl. Gay in hb. Kew. parce.

9. *Amphiloma microcarpum* Müll. Arg.; thallus e pallide aurantiaco demum livido-vitellinus, irregulariter disperso-areolatus, versus peripheriam distincte lineariradians; radii discreti, paullo convexi, superficie laeves, opaci, vix ultra $\frac{1}{3}$ mm lati; apothecia vix lacinii aequilata, adpressa, parum aperta, margo crassus et integer; discus fere punctiformis, livido-aurantiacus; sporae 8-nae, 9—11 μ longae, 5—6 μ latae. — Ex affinitate *A. murorum* v. *lobulati*, sed laciniae colore et forma aliae et apothecia multo minora. — Ad saxa prope Copiapo in Chili: Lechler, in hb. Kew.

10. *Placodium peruvianum* Müll. Arg.; thallus ochroleucus v. substramineus, centro late irregulariter undulato-rugosus, ad peripheriam distincte radians; laciniae periphericae alte convexae saepeque longitrossum sulcatoplicatae, imo apice saepe subustulatae, superficie subtiliter rugulosae et opacae, subtus nigricantes; apothecia sessilia, pallide fusciscentia v. dein-olivaceo-fusciscentia, margine tenui subintegro cincta; epithecium demum olivaceum; hypothecium hyalinum; sporae 8-nae, ellipsoideae, 10—12 μ longae, 7—8 μ latae. — Thallus crassus, turgidus, margine non adplanatus ut in simili scandinavico *P. stramineo* Kbr., sed apothecia minora et tenuiter marginata ut in vulgari *P. saxicola* Kbr. — Ad saxa grannitica Andium peruv. inter Lampa et Arequipa: Lechler n. 3312, et ibidem ad Sachapata in declivitate orientali: Lechl. n. 3314, in hb. Kew.

11. *Placodium* (s. *Acarospora*) *trachyticum* Müll. Arg.; thallus castaneo-fuscus v. brunneus, crassiusculus, crebre areolato-squamulosus; areolae periphericae hinc inde breviter radiantes, reliquae angulosae, omnes turgidae et crebre rugulosae et impresso-punctulatae, opacae, subocculatopolycarpicae; apothecia ionata, punctiformia et rimuliformia, exigua; asci valde polyspori; sporae circ. 4 μ longae, $2\frac{1}{2}$ —3-plo longiores quam latae. — Juxta *Pl. fuscum* Müll. Arg., locandum est, colore ad *Pl. badio-fuscum* (Th.

M. Fr.) accedens, sed areolarum superficie et apotheciis insignitum est. — Trachyticola in Andium Peruviansium collo inter Lampa et Arequipa: Lechler n. 3316 in hb. Kew.

12. *Psora breviuscula* (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 494 v. *javanica*; *Lecidea javanica* Schaer. in Moritz Syst. Verz. p. 128; *Biatora javanica* Montg. et v. d. Bosch. Lich. Jav. p. 34; thalli squamae ad margines plus minusve coralloideo-dissectae. Reliqua cum specie latissime distributa conveniunt. — Java: Zolling. n. 838*.

13. *Thalloidima Ayresianum* Müll. Arg.; thallus olivaceo-luridus, squamosus; squamae $1\frac{1}{2}$ —3 mm latae, lobulatae et leviter crenatae, subadpressae, nonnihil imbricatae, intus virentes; apothecia nigra, $\frac{3}{4}$ mm lata, plana, prominenter marginata, demum 2—3-plo ampliora et immarginata, opaca; lamina superne late cupreo-nigricans, caeterum pallidior; asci angusti, 8-spori; sporae varie oblongo-obovoideae, utrinque obtusae, 2-loculares, 10—13 μ longae, 5—7 μ latae. — Prima fronte fere *Psoram luridam* Mass. simulans, sed sporae 2-loculares et thallus tenuior. Species valde distincta, nulli cognitarum arcte accedens. — Ad terram, Ravine of Grand River in ins. Mauritius, ubi a clar. Ayres parce lecta fuit (hb. Kew.).

14. *Thalloidima* (sect. *Psorella*) *Janeirense* Müll. Arg.; thallus dense squamulosus, fulvescenti-pallidus; hypothallus indistinctus; squamae parvulae, crenato-lobatae, subtus albo-lanatulae, rigide et longiuscule isidioso-armatae; isidii cylindrici $\frac{1}{4}$ —2 mm longi, $12\frac{1}{100}$ — $14\frac{1}{100}$ mm lati, divergentes; apothecia 1— $1\frac{1}{2}$ mm lata v. demum proliferatione ampliora et tum irregularia, pallide marginata; discus obscure fuscus; sporae longitudine valde-ludentes, 22—42 μ longae, $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ μ latae, aciculares, subrectae, 1—3-septatae et simul non septatae. — Prima fronte formam validam obscure macrocarpam simulat *Psorae parvifoliae* v. *fibrilliferae* (Nyl.) Müll. Arg., sed sporae aciculares et demum divisae. — Corticola prope Rio de Janeiro, Portella (in hb. Kew.).

15. *Lecanora graneolaris* Müll. Arg.; thallus cer-vino-albidus, tenuis, subcorallino-granularis; granula circ. $15\frac{1}{100}$ mm lata, apice subefflorescentia v. saltem albiora, brevicylindrica v. compressula, adscendentia; apothecia $\frac{6}{8}$ — $\frac{9}{8}$ mm lata, sessilia, crassiuscula, plana, margine albedo crassiusculo et integro v. crenato demum pulveraceo-granoso cincta; discus livido-fuscus; thalamium olivaceo-subobscuratum, undique sub microscopio virenti-hyalinum; paraphyses tenellae et conglutinatae; sporae in ascis angustis 8-nae, 13—16 μ longae, 8—10 μ latae, vulgo lato-ellipsoideae. — Habitu

accedit ad *L. subfuscum* v. *sublividum* Nyl.; sed thallo subcorallino-granulari recedit. Prope *L. flavo-virentem* Fée, cujus epithecium omnino aliud, locari potest. — Corticola, Java: Zoll. n. 979.

16. *Lecania* (s. *Semilecania*) *xantholeuca* Müll. Arg.; thallus stramineo-albidus, tenuis, subtiliter rimulosus, varie disruptus et gregatim dispersus; apothecia $\frac{2}{3}$ —1 mm lata, sessilia, plana, carneo-albida et leviter cinereo-pruinosa, margine tenui integro cincta, dein convexa et immarginata, carneo-fuscescentia, saepe gregatim conferta; lamina tota hyalina; paraphyses valde tenellae, ramulosae; asci biseriatim 8-spори; sporae 11—14 μ longae et 5—6 $\frac{1}{2}$ μ latae, oblongo-obovoideae, 2-loculares. — Species nulli cognitarum arcte affinis, prima fronte *Lecanoram sordidam* Th. Fr. subsimulans, sed sporae omnino aliae. — Saxicola ad Sachapata Peruviae: Lechler n. 3312 in hb. Kew.

17. *Pertusaria* (§ *Leioplacae*) *Husnotiana* Müll. Arg.; thallus albido-flavens, tenuissimus, subevanescent, laevis et parce papillosulo-verrucosus; verrucae $\frac{1}{2}$ mm latae, hemisphaericae, obtusae et subtruncatae, vulgo leviter gibbosae; ostiola fumoso-obscura, haud impressa nec emergentia; sporae 8-nae, 50—75 μ longae, circ. 30 μ latae, intus haud costulatae. — Hic *Pertusaria leioplacella* Nyl. Lich. Husn. p. 12, exclus. ostiolis a specim. neocaledon. descriptis. — Est proxime affinis *P. leioplacellae* Nyl. Syn. L. Nov. Caledon. p. 32, sed ostiola madefacta in specim. orig. (ab E. Marie lecto) hujus speciei sunt sulphurella et convexo-prominula, fere ut in robustiore *P. meridionali* Müll. Arg. — Ramulicola in ins. Guadeloupe: Husnot. n. 485.

18. *Pertusaria* (§ *Leioplacae*) *Blumeana* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, rugulosus; verrucae $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ mm latae, hemisphaericae, regulares, basi leviter constrictae, vertice subtruncato-obtusae, haud depressae nec impressae, laeves, simplices monostomaticae (hinc inde geminatim confluentes); ostiola fusca, $\frac{20}{100}$ — $\frac{35}{100}$ mm lata; asci 2—4-spори, vulgo 3-spори; sporae circ. 75—90 μ longae, 30—35 μ latae, oblongo-ellipsoideae, intus laeves. — Juxta *P. gracilem* Müll. Arg. L. B. n. 761 locanda est, cujus verrucae magis globosae et microleucostomaticae. — Corticola, Java: Blume.

19. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *leucoplaca* Müll. Arg.; thallus lacteus, tenuiter tartareus, continuus, margine non zona peculiari limitatus, superficie laevis; apothecia 1 $\frac{1}{2}$ mm lata et minora, sessilia, atra et opaca, novella crassiuscula et margine tumidulo obsolete prominente concolore cincta, demum magis convexa et immarginata; epithecium olivaceo-

virens, lamina hyalino-virens, hypothecium hyalinum aut leviter obfuscatum; sporae subbiserialim 8-nae, 11—14 μ longae, 6—8 μ latae, ellipsoideae. — *Lecideam goniophilam* Th. Fr. simulat, sed thallus alius, et sporae minores, et juxta neo-zelandicam *L. litoralem* Knight, inserenda est, a qua apotheciis et sporis differt. Prima fronte etiam pro *L. contigua* Fr., thallo depauperato, aut pro *L. platycarpa* Ach. haberi potuerit, at hypothecium definite et clare sectionem *Lecidellam* indigitat. — Saxicola in Chili: Lechler, sine n^o, in hb. Kew.

20. *Patellaria* (s. *Biatorina*) *trichroa* Müll. Arg.; *Lecidea trichroa* Nyl. Syn. L. Nov. Caledon. p. 43; thallus *Lepram incanam* simulat; apothecia in specim. hb. Paris. duo tantum adsunt, $\frac{1}{2}$ mm (nec 1—3 mm) lata sunt; margo subflavescenti-albus. Species insignis. — In Insula Lifu: Thiébaud.

21. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *hyalinella* Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, creberrime et subtiliter granularis, granula ad peripheriam sensim rarescentia, $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{10}$ mm tantum lata, subglobosa et obtuse angulosa, corticata; apothecia $\frac{3}{10}$ mm lata et minora, sessilia, alba et pallide albo-carnea, madefacta ceraceo-alba, subhyalina, semisicca non-nihil albo-livida, crassiuscula, subplana et nuda; discus leviter concavus v. demum planus; lamina tota hyalina et nana; sporae in ascis 8-nae, 30—33 μ longae et tantum 1—1 $\frac{1}{2}$ μ latae, capillari-aciculares, subtilissime 3—5-septatae et vulgo non septatae. — Colore apotheciorum, forma thalli et tennitate sporarum insignita. — In petiolo lignoso Palmarum majorum in regione Amazonica: Trail (in hb. Kew.).

22. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *rubellula* Müll. Arg.; *Lecidea rubellula* Nyl. Nov. Gran. p. 60, Syn. Lich. Nov. Caled. p. 48, sporae l. c. nimis latae, $3\frac{1}{2}$ —4 $\frac{1}{2}$ μ , indicantur, a me visae tantum $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae sunt. Species valde affinis et similis *P. hosthelioidi*, at diversa sporis constanter brevioribus et ambitu paulo validioribus. — Ins. Lifu: Thiébaud.

23. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *superula* Müll. Arg.; *Lecidea superula* Nyl. L. Nov. Caled. p. 48; margo cum disco obscure rufo-fusco concolor, primum involuto-prominens, unde apothecia primum gyalectiformia. — Juxta *Pat. rufescentem* Müll. Arg. L. B. n. 799 locanda est. Sporae breviores, ambitu validiores et minus divisae sunt quam in variabili *P. luteola*. — In Nova Caledonia.

24. *Buellia andina* Müll. Arg.; thallus caerulescenti-v. cinereo-plumbeus, determinatus, crebre diffracto-areolatus; areolae angulosae, contiguae, planae, dein convexulae, super-

ficie laeves; apothecia $\frac{1}{2}$ mm lata, nigra, immersa, apice obsolete aut non emergentia; discus planus, vix distincte tenuissime marginatus; epithecium nigro-fuscum; hypothecium undique hyalinum aut leviter obfuscatum; sporae 1—2-seriatim 8-nae, 2 locales, late ellipsoideae, 12—15 μ longae et 8—10 μ latae. — Species habitu ad macrosporam *B. badio-atram* Mass. accedit, at thallus dense subcontinuo-diffractus similior est ei *Lecideae griseo-atrae* et *Lecideae plumbeae* Garovagl. — Prope *Buelliam concavam* Müll. Arg., quae similiter in Andibus peruvianis lecta fuit, haec nova disponenda est. — Ad saxa trachytica Andium peruv. inter Lampu et Arequipa: Lechl. n. 3316, et in Chili: Lechler sine n^o, in hb. Kew.

25. *Buellia agelaoides* Müll. Arg.; thallus stramineo-ochraceus, crassiusculus, diffracto-areolatus; areolae apotheciis minores, angulosae, planiusculae, demum turgido-accrecentes et albido-expallentes; hypothallus cingens linearis, niger v. obscurus; apothecia evoluta $\frac{3}{4}$ mm lata, adpresso-sessilia, e plano vix distincte convexa, immarginata, nigra et nuda; epithecium viridi-atrum; lamina hyalina; hypothecium superne hyalinum, inferne autem stratum profunde nigrofuscum formans; sporae in ascis (4-) 8-nae, late ellipsoideae, 10—11 μ longae, 6—7 μ latae, 2-locals. — Lichen *Lecideam agelaecam* Smitt. simulat et inter *Buelliam flavo-areolatam* (s. *Lecideam flavo-areolatam* Nyl. Chili p. 166) et *Buelliam receptam* Müll. Arg. inserenda est. A priore differt apotheciis mox immarginatis, hypothecio, et sporis minoribus, et a posteriore statim thallo distincte diffracto-areolato et apotheciis non crasso-marginatis. — Saxicola ad Copiapo in Chili: Lechler in hb. Kew.

26. *Biatorinopsis* (s. *Polyphragma*) *subincolorella* Müll. Arg.; *Lecidea subincolorella* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 41; gonidia chroolepoidea; articuli oblongi et subglobosi, circ. 5 μ crassi; sporae 4—5 locales. — Apothecia valde pallida vix oculos adicientia. — Ex insula Lifu in Archipelago Loyalty: Thiébaud.

27. *Ocellularia megalostoma* Müll. Arg.; thallus olivaceus, tenuis, crebre subgranuloso-rugosus, margine zonula fusca cinctus; apothecia in verruca thallina primum leviter emergente et dein accrescente ruguloso-aspera sita, evoluta cum strato thallino 2—3 mm lata, apice radiatim aperientia, evoluta late aperta, margine demum detergendo albicante; discus croceo-carneus, concavus; perithecium interius subnigrum, laterale, exteriore thallino crassius; epithecium anguste fulvo-fuscum, lamina caeterum fulvo- v.

subaurantiaco-hyalina, basi paullo obscurior et fulvo-olivacea; asci vulgo 5—6-spori; sporae 55—68 μ longae, 10—12 μ latae, obtuse fusiformes, 12—17-loculares. — Juxta borneensem *Ocellulariam granuliferam*, sc. *Ascidium granuliferum* Krphl. Lich. Becc. p. 21 inserendum est, a quo recedit thallo et apotheciis minus acute granoso-asperis, colore disci latius aperti et sporis duplo minoribus. — Corticola secus flum. Amazonum: J. W. H. Trail (in hb. Kew.).

28. *Ocellularia exigua* Müll. Arg.; thallus olivaceo-pallidus, tenuiter cartilagineus, modice verrucoso-rugosus, linea fusca cinctus, ipsa superficie firma laevigatus; apothecia immersa, parvula, demum margine thallino subinde tumente obtuso et laevi prominula, caeterum vix emergentia, ostiolo exiguo circ. $\frac{2}{10}$ mm lato v. demum paullo latiore anguloso aperientia; margo in acie acuto albescens, proprius lateralis crassus et fusco-niger at semper a thallino obtectus; discus defossus, concavus, $\frac{2}{10}$ mm latus, sporae in ascis 8-nae, hyalinae, obtuse fusiformes, 6—8—9-loculares, 26—30 μ longae et 7—8 μ latae. — A proxima *Ocellularia perforata*, sc. *Thelotrema perforato* Leight., On Amazonian and Andine Lichens n. 134 differt minutie partium et margine proprio laud prominente. Structura apotheciorum caeterum ut in *O. cavata* (Ach.) Müll. Arg., sed apothecia immersa et thallus non laevis. — Corticola in regione Amazonica: Trail (in hb. Kew.).

29. *Melaspilea stigmodes* Müll. Arg.; *Opegrapha stigmodes* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 55; ad sectionem *Gymnographam* (gen. *Gymnographam* Müll. Arg. L. B. n. 1087, ubi apothecia late aperta et perithecium basi deficiens et lateraliter subnullum tantum apice leviter evolutum) referenda est. Apothecia innata et mox late aperta; margo obsoletus aut leviter emergens, et discus tum late rimiformis, suborbicularis aut oblongus, vulgo simplex, raro breviter bifurcatus; sporae demum intense fuscae. — In thallo *Clathroporinae eminentioris*, s. *Verrucariae eminentioris* Nyl., in insula Lifu: Thiébaud.

30. *Graphina* (s. *Chlorographina*) adscribens Müll. Arg.; *Graphis adscribens* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 78; perithecium non nisi apice fulvo-obscurum, caeterum lateraliter aurantiaco-fulvum v. etiam hyalinum, basi deficiens; hypothecium hyalinum. — Extus *Graphinam chlorocarpam* v. *excellentem*, sc. *Graphidem chlorocarpam* v. *excellentem* Nyl. L. Husn. p. 21 simulat, nec non *Graphinam Balbisii* (Fée) Müll. Arg., sed lirellae non sulcatae sunt. Prope *Graphinam rubiginosam* (Fée) Müll. Arg. inserenda est. — In insula Lifu: Thiébaud.

31. *Graphina* (s. *Thalloloma*) *mendacior* Müll. Arg. in Lich. Paraguayens. n. 188 sub *Graphina mendace* enumerata, a vera neo-caledonica *Graphide mendace* Nyl. Ann. Sc. nat. 4. vol. XI. p. 244 et Syn. L. Nov. Caled. p. 75 diversa est, etiamsi analytice et habitu fere ad amussim congruat. — Thallus argillaceo-albus, tenuis, non farinulentus; lirellae 1—2 mm longae, evolutae $\frac{1}{3}$ mm latae, valde inaequales, saepius altero latere acuminatae, simplices et ramulosae, immersae, dein leviter emergentes; margo mediocris, extus basi non contractus; discus planus, junior cinereo-pruinosis, mox nudus et fuscus; perithecium anguste fulvo-fusculum; hypothecium hyalinum; epithecium fusciculum; sporae in ascis solitariae, hyalinae, 95—120 μ longae, 25—35 μ latae, crebre cubico-parenchymatosae. — A simili *Gr. mendace* differt lirellis magis immersis et acutis, margine tenuire, et disco primum tantum halone thallino cito evanescente tecto et perithecio demum non omnino hyalino. — Corticola in Paraguay: Balansa.

32. *Phaeographina* (s. *Diagraphina*) *tumulata* Müll. Arg.; *Graphis tumulata* Nyl. L. Nov. Gran. p. 135 et Syn. L. Nov. Caledon. p. 79; lirellae extus thallino-tectae, vertice halone thallino indutae, ipsae ibidem tenuiter olivaceo-fuscae, caeterum lateraliter flavo-pallidae, basi deficientes. — Est species insignis, sectionem distinctam, *Diagraphinam*, constituens his characteribus distinctam: Lirellae coloratae, basi incompletae, labia conniventia, haud sulcata, discus rimiformis. — In Nova Caledonia: Pancher. — Obs.: Ad eandem sectionem etiam pertinet colossea et macrospora Ph. Balfourii Müll. Arg. Bot. of Socotra p. 379.

33. *Phaeographina* (s. *Eleutheroloma*) *ochracea* Müll. Arg.; *Graphis ochracea* Hepp in Zoll. Syst. Verz. p. 4; *Ustalia ochracea* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 51; characteribus addenda: perithecium dimidiatum, obscurato-fulvum; lamina superne cupreo-fulva, apice olivaceo-nigricans; sporae in ascis solitariae. — Java, corticola: Zoll. n. 738.

34. *Enterodictyon oblongellum* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albidus, tenuissimus, laevis; stromata $\frac{1}{5}$ mm lata et minora, nano-hemisphaerica, basi in thallum dilatata, ambitu sat regularia; apothecia in stromatibus sparsa, tantum $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{15}$ mm lata, vulgo 2—3-plo longiora quam lata aut ambitu breviora, varie oblongata, nigro-fusca et nuda, obsolete tantum prominula, lateraliter a thallo tecta; discus late apertus, subconcausus; perithecium laterale, fuscum, tenue, basi deficiens; lamina superne infuscata, caeterum cum hypo-

thecio hyalina; sporae in ascis 8-nae, 2-seriales, hyalinae, ellipsoideae, 14—16 μ longae et 7—8 μ latae, 6-loculares, loculi nonnulli 2-(3-)locellati. — Planta valde exigua, facile praetervidenda. — Corticola, in ins. Java: Zollinger n. 525. A. pr. p.

35. *Paracarpidium Johnstoni* Müll. Arg.; thalli squamae olivaceo- v. demum ochroleuco-pallidae, 1½—2 mm latae et minores, laxe adpressae, laxe imbricatae, planae, margine haud incurvae, undique polito-laevigatae, subtus obscuratae; gonidia laete viridia, globosa et biloculari-ellipsoidea, priora circ. 10—11 μ lata; apothecia innata, supra prominentia mamillari majuscula pallida v. demum nigricante indicata; perithecium globosum, undique fumoso-nigricans; gonidia hymenialia globosa, 3 μ lata, laete viridia, copiosissima; paraphyses haud distinctae; asci 2-spori; sporae hyalinae, subellipsoideae, 30—38 μ longae, 13—18 μ latae, loculi in series 6—10 transversales dispositi, in quaque serie 3—5. — A *P. obscuro* Müll. Arg. statim differt colore thalli pallido et dein sporis minoribus multo minus divisis, et ab affinioribus *P. tenello* et *P. pallido* Müll. Arg. recedit squamis validioribus, erassioribus, planis, margine nec adpressis nec ibidem incurvis et dein superficiei undique laevigata. — Ile aux Fouquets, Mauritius, vulgaris ad saxa sabulosa, circ. 5—35 ped. supra mare: H. Halero Johnston (hb. Kew.).

36. *Campylothelium proponens* Müll. Arg.; *Verrucaria proponens* Nyl. Syn. Nov. Caled. p. 91; extus *Polyblastium lacteam* Mass. (ubi sporae subsimiles) simulat, at apothecia nonnulla sub lente irregularia apparent et lateraliter, ubi demum nitidula, gibbosa sunt, in sectione autem optime characterem subtribualem *Pleurothelicarum* Müll. Arg. ostendunt. — Perithecium valde obliquum basi fere undique plane deficiens, nucleus in cavitate oblique oblonga fere horizontaliter praeoprensus; paraphyses connexae enim cum ascis 8-sporis subhorizontales et prope ostiolum laterale obliquae sunt. Thallus in cortice vetusto nudus, albus, farinulentus. — A costaricensi *C. albo* Müll. Arg., cui proximum, differt apotheciis demum superne late nudis et sporis minoribus, magis rhomboideo-ovoideis et minus divisis. — Insula Lifu: Thiébaud.

37. *Trypethelium meiophorum* Müll. Arg.; *Tryp. annulare* v. *meiophorum* Nyl. Syn. L. Nov. Caled. p. 93. A vero *Tryp. annulari* (Fée sub. *Pyrenula*) Müll. Arg. Pyrenoc. Fécan. p. 15 sporis duplo et ultra brevioribus, circ. 25 μ tantum longis, valde differt, at re vera *Tr. annu-*

lari Montg., quod idem ac *Tr. crassum* Fée, proxime affine est, sed recedit apotheciis apice late nudis, saepe solitariis. — Nova Caledonia: Pancher.

38. *Tomasellia* (s. *Celothelium*) *Zollingeri* Müll. Arg.; thallus albedo-pallidus, laevigatus, tenuissimus; stromata 1—1½ mm lata, emergentia, lobato-astroidea, lobi breves et late obtusi, $\frac{3}{10}$ mm lati, nigri, planiusculi et nudi; perithecia conica, in stromate distincta, modice numerosa, obsolete emergentia, basi tenuiter completa; asci 8-spori; sporae capillari-aciculares, multiseptatae, 50—70 μ longae. — Sporae ut in *T. Cinchonarum* et *T. agminella* Müll. Arg., sed stromata ampliora, robusta, prima fronte *Arthoniam angulosam* subsimulantia, supra obsolete tantum mamilloso-inaequalia, nec mamilloso-tuberculata, rami semiorbiculares et oblongati. — Java, corticola: Zollinger, It. javan. II, n. 525 pr. p; et in summitate montis Pouce insulae Mauritii (haec in hb. Kew.).

39. *Porina* (s. *Euporina*) *rudiuscula* Müll. Arg.; *Verrucaria rudiuscula* Nyl. Syn. L. Nov. Caled. p. 85; cum hac absolute quadrat guyanensis *Porina nuculiformis* Müll. Arg. L. B. n. 870 (Leprieur n. 1237) et nomen *rudiuscula* dein prioritatis causa anteponendum est *A P. nucula* Ach. statim recedit apotheciis leviter majoribus, magis elatis, cum thallo undique verruculosis. — Corticola in insula Lifu et in Guyana gallica.

40. *Porina* (s. *Sagedia*) *vaga* Müll. Arg.; *Verrucaria vaga* Nyl. Pyren. p. 55; perithecia e sect. verticali subglobosa, lateraliter rotundata, basi subtus convexa subrotundata at ibidem tenuissima et fulvescenti-pallida, similiter ac stratum interius reliqui perithecii, superne breviuscula crassa et fusco-nigra, de supra visa saepius distincte sensu ramuli longiora quam lata; paraphyses capillares, non trabeculatum connexae. — Est proxima *P. Tamarindi* (Fée) Müll. Arg., Pyrenoc. Fécan. p. 24, sed hujus ulterioris perithecium in sectione est late hemisphaericum, basi planum et de supra visum non oblongum. Paraphyses, asci et sporae utriusque conveniunt. — In insula Mayotte: Boivin.

41. *Porina* (s. *Sagedia*) *subchlorotica* Müll. Arg.; *Verrucaria subchlorotica* Nyl. Syn. L. Nov. Caled. p. 85; est eximie atinis *P. Cestrensi* Müll. Arg. L. B. n. 670, s. *Verrucariae Cestrensi* Tuck. in Darlingt. Flora Cestr. p. 452, sed apothecia minus alte convexa, nudiora, apice demum non nitida et sporae evolutae constanter 8-loculares. — Lifu Thiébaud.

42. *Porina* (s. *Rhaphidopyxis*) *rhaphidophora* Müll. Arg.; *Verrucaria rhaphidophora* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 93; perithecium sat regulariter hemisphaericum, evolutum $\frac{1}{2}$ mm attingens, crassum, basi intus non inflexum; nucleus albus; paraphyses in gelatina nidulantes, capillares, valde tenellae et inter se liberae, sporae $2\frac{1}{2}$ — $3\ \mu$ latae, superne obtusae, basi longe angustatae. — Apothecia extus illa referunt vulgaris *Arthopyreniae Cinchonae* (Ach.) Müll. Arg., sed sporae sunt tenuiter bacidiales, unde sectio nova oritur *Porinae*: *Rhaphidopyxis*: Perithecio nigro, sporis basidiali-acicularibus. Est sectio analogi *Leptorhaphidi* generis *Arthopyreniae*. — In insula Lifu: Thiébaud.

43. *Polyblastia ascidioides* Müll. Arg.; *Verrucaria ascidioides* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caled. p. 90 et Syn. Lich. Nov. Caled. p. 90; est proxima *P. thelocarpoidi* (Krphl.) Müll. Arg. L. B. n. 1109, et *P. verruculosae* Müll. Arg. L. B. n. 1471, a priore recedens strato thallino apotheciorum undique crassiusculo, nec superne late quasi subevanescente, a posteriore thallo et apotheciis subflavescenti-nec cinereo-albis et ab ambabus simul sporis utrinque cuspidato-acuminatis. — Nova Caledonia: Pancher.

44. *Pyrenula tenella* Müll. Arg.; thallus fusciscenti-olivaceus, tenuissimus, laevis; apothecia vix quarta parte emersa, nigra, demum apice praesertim valde nitida, tota $\frac{1}{4}$ mm v. paullo majora, parte emersa fere $\frac{1}{5}$ mm lata, et obtuse conico-acutata; perithecium completum, globosum, superne crassius; sporae 8-nae, 18— $20\ \mu$ longae, $8\ \mu$ latae, ellipsoideae, 4-loculares. — A proxima *P. exigua* Müll. Arg. differt apotheciis magis emergentibus, nudioribus, sporis majoribus et a *P. nitidella* et *P. graciliore* Müll. Arg. jam apotheciis minoribus, nonnihil conico-acutatis. — Java, corticola: Zoll. n. 1129 pr. p.

Einige neue Uredineen.

Von P. Dietel.

Puccinia Lagerheimiana n. sp. Fungus in foliis vesiculos majores vel minores usque 4,5 cm (vel supra?) longos efficiens, folium fere totum in unum vesiculum saepe transformans, in caulibus et fructibus tumores crassos generans. Sori sporiferi partes deformatas totas obtegentes, et e pagina superiore (convexa) et ex inferiore (concava)

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1892

Band/Volume: [31_1892](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes exotici. 276-288](#)